



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

VI. Der Bischof Hermann von Schwerin bezeugt, daß der Fürst Heinrich von Mecklenburg den Schweriner Domherrn M. Johann Campe zum Bevollmächtigten in der Streitsache zwischen dem Bischofe Johann von ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

observabimus percomplete. Item quicquid sit circa libertatem et proprietatem in bonis dicti domini episcopi, hoc idem fiet in bonis canonicorum Brandeburgensium de bonis ipsius domini episcopi et dominorum debet intelligi tam in pheidatis quam liberis, dummodo sit proprietas episcopi vel predictorum dominorum. Item promittimus predictum dominum episcopum et suum conventum cum suis vassallis et aliis eorum subditis agere, quod placet, nec in his eos impediemus aliquatenus, immo cum omni diligentia eos promovebimus ad suos subditos compescendum, si forsitan subditi vellent resistere quoquo modo. Item eundem dominum episcopum vel suam ecclesiam non ammodo impignorabimus ullomodo nec aliquas impignorationes fieri ab aliis admitemus. Item si quid questionis emerferit, hoc commitemus iudicio domini archiepiscopi Magdeburgensis decidendum; si vero decidi non potest per archiepiscopum Magdeburgensem per simplicitatem, maliciam aut favorem, ad vassallos dicti domini episcopi Brandeburgensis iudicium revertetur et juxta eorum arbitrium et nostrorum vassalorum pariter hujus modi questio sopietur. Item contra invasores ecclesie Brandeburgensis et injuriantes procedemus bona fide; contra alios vero, qui nostre dominationi non sunt subditi, litteris et aliis suffragiis quibus possumus, prestabimus fideliter consilium, auxilium et favorem. Item agri villarum sepe fati domini episcopi et conventus non mensurabuntur sed servabuntur, ut pote in litteris patentibus et privilegiis desuper traditis lucidius continetur. — Igitur ut premissa omnia per nos nostrosque successores hereditarios temporibus perpetuis immutari nequeant aut etiam retractari, pro eo jam dictus dominus episcopus Brandeburgensis centum marcas argenti nobis dedit. Nos quoque eidem domino episcopo suisque successoribus et ecclesie Brandenburgensi presentes litteras in robur perpetuum et in evidens testimonium desuper conscribi iussimus et sigillorum nostrorum muniminibus roborari. Hujus rei testes sunt: Rodolfus, venerabilis abbas de Chorin, Henricus de Wardenberch, Fredericus de Ecstede, Johannes de Oldenvliet, Johannes et Godefridus, fratres de Griffenberch, Henricus de Dossa, Arnoldus de Bodinge, Walterus de Beltiz, Johannes de Hakenberch, milites, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Liwenwolde, anno domini M^o. CC^o. octogesimo nono, in sexta feria ante Reminiscere, per manum domini Bernardi, nostre curie notarii.

Nach dem Orig. des Br. Stifts-Archivs. Abschrift von Hefter.

VI. Der Bischof Hermann von Schwerin bezeugt, daß der Fürst Heinrich von Mecklenburg den Schweriner Domherrn M. Johann Campe zum Bevollmächtigten in der Streitsache zwischen dem Bischofe Johann von Brandenburg und dem Fürsten über die von letzterem jenem im Lande Löwenberg zugefügten Schäden ernannt habe, am 4. Oct. 1316.

In Christi nomine Amen. Universis presentes litteras inspecturis nos Hermannus dei gracia electus confirmatus Zuerinensis cupimus esse notum, quod constitutus in nostra et subscripti notarii et testium subscriptorum presencia nobilis vir dominus Hinricus Magnopolensis et Stargardie dominus constituit et ordinavit discretum virum magistrum Johannem de Campe canonicum Zuerinensem, in causa, quam venerabilis pater Johannes Brandenburgensis episcopus movet eidem seu movere intendit super quibusdam dampnis et iniuriis sibi per ipsum dominum Hinricum et suos complices in territorio Lowenberghe, ut asseritur, irrogatis, suum verum et legitimum procuratorem et nuncium specialem

dans et concedens eidem suo procuratori plenam et liberam potestatem, ipsum defendendi contra inordinatum processum cuiusdam, qui se sine expressione proprii nominis seu cognominis asserit se executorem statutorum sacrorum conciliorum Magdeburgensis prouincie ad instantiam dicti domini episcopi inpetratum, exceptiones proponendi, petendi, in animam suam cuiuslibet generis iuramentum prestandi, appellandi et appellacionem prosequendi, alium procuratorem substituendi et omnia et singula faciendi, que in premissis et eorum quolibet oportuna fuerint, etiam si mandatum exigant speciale. Promisit etiam nichilominus predictus nobilis se ratum et gratum habiturum, quicquid in premissis uel eorum quolibet per predictum suum procuratorem seu substitutum ab ipso factum fuerit siue etiam procuratum. Promisit similiter idem dominus Hinricus sub hypotheca rerum suarum, iudicatum solui pro eodem suo procuratore et substituto ab ipso, si necesse fuerit ut sic a satisfactionum oneribus releuetur. In cuius rei testimonium presentes litteras appensione nostri sigilli ad instantiam memorati domini Hinrici fecimus robarari, quas etiam per infra scriptum notarium scribi et publicari mandauit. Acta sunt hec (iuxta) flumen Warnowe apud pontem Sakesdorpe, presentibus discretis uiris dominis magistro Johanne preposito Butzowensi, magistro Hinrico Goldoghe cantore ecclesie Lubicensis, Nicolao presbitero, rectore ecclesie in Lychen ordinis hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani, Reymaro dicto de Wedele et Wyperto dicto Lutzowe, militibus testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis, anno domini millesimo trecentesimo sextodecimo, quarto die mensis Octobris, indictione quinta decima.

Et ego Johannes dictus de Luneborch, clericus Verdenensis dyocesis, publicus auctoritate imperiali notarius, premissis omnibus et singulis interfui et ea de mandato memorati nobilis uiri domini Hinrici mognopoleusis et Stargardie domini fideliter scripsi et publicauit et in hanc publicam formam redegei meoque consueto signo et meo nomine roborauit, in testimonium premissorum, sub anno die indictione et loco predictis, presentibus testibus superscriptis.

Bisch Maljansche Urkunden 251.

VII. Der Bischof Dieterich von Brandenburg verlegt an Albern von Redern seine Schlösser zu Löwenberg und Teschendorf mit dem ganzen Lande auf sechs Jahre, am 26. Juli 1374.

Wy Dyderick, von der Gnade Godes, Biscoop tu Brandenburg, bekennen openbar in dessem open Brive, dat wy mit Vulbort unfer Provestes unde des Prior unde des ghanen Capittel tu Brandenburg, hebben sat unde setten Her Albern von Reder, Rider, unde sinen rechten Erven unse Hus tu Lowenberg, Thezekendorp mit dem ghanen Lande, mit Holte, mit Watere, mit Grase, mit Weyde, mit aller Nut unde Tubehorunge, als wy dat vor hat hebben, vor dre hundert Mark Brandenburg. Sulvers, dy he uns al und wol betalet heft unde in unses Godeshus Nut gekomen sint, ane unse Gude Lude, ane Kerke-Len unde ane dy Bede, dy wy Hanse Bodinge sat hebben. Desse vor benomede Slote mit den ghanen Lande unde Tubehoringe scal he unde sine rechten Erven besitten bit nu to funte Michaelis-Daghe over ses Jare, also verne, als wy eder unse Nakomeling dy Slote nicht en verkopen. In dem irsten Jare, wan dy ses Jar umme kommen sint, so scole wy eder unse Nakomeling Her Albern eder sinen rechten Erven ere Gelt darna up Patchen weder geven to Tanghermunde; so scal he eder sinen rechten Erven uns unse Slote weder antwerden mit gudem Willen ane